

Kap. 167. ¶ Hactenus donationes imperatorum, principum, ac spectabilium personarum, priuilegia quoque laurishamensis ecclesie tam apostolica, quam imperialia suo digessimus ordine; nunc ad diuersas Christi fidelium traditiones, per diuersos pagos et prouincias, in diuersis locis ac terminis transscribendas accingamur. Vbi lectorem prima fronte prestruimus, omnia traditionum exordia retexere laboris esse superflui, presertim cum omnium uel eadem, uel non multum diuersa sit conuenientia, sed potius nos legitimas traditionum sollempnitates, formas atque modos, testatorumque ac testium nomina, regum simul et imperatorum tempora, plena fide persequi. Ceterum preciarum transscribere formulas ociosum duximus, eo quod ipse res prestitę suis traditionibus inscriptę sint, et eedem precarie siue prestarie morte eorum qui eas precario acceperant, uim et locum amiserint. Igitur a pago renensi in quo ipsum laureshamense situm est monasterium, sumamus exordium.

Bl. 36. Hand E
(Text u. Rubr.)

167.

Donatio Thurinberti fratris domni Cancronis in Lauresham, et in Birstat. Anno XVI Pippini regis^{a)}.

767? 1) Nov. 1.

In Christi nomine sub die I^o nouembris mensis, ego Thurinbertus propter deum, et reuerentiam sancti Nazarii dono ad ipsum sanctum locum ubi ipse dominus in corpore requiescit, seu ad ipsos fratres qui ibidem sub uenerabili Gundelando abbate deo deseruire uidentur, donatumque in perpetuum esse uolo, et promptissima uoluntate confirmo. Hoc est mansum unum qui ibidem proprius est ad illud claustrum faciendum circa sanctum Nazarium et quantumcumque ibidem debetur mee possessioni, de iure meo in ius et

^{a)} Anno — regis steht als Rubrik nicht über der Urkunde, sondern neben ihr am Rande. So stets bei Hand E auch im folgenden, wo meist noch der Abtsname hinzutritt und nur anfangs noch gelegentlich Teile der Datierung über der Urkunde verbleiben; später s. 443 und 697.

^{b)} sub — anno auf einer rauhen Stelle des Pergaments, schwerlich auf Rasur.

167 = 3788]

¹⁾ Nazarius und die Mönche waren sicher schon längere Zeit auf der Besitzung Williswinds mit der alten ecclesia s. Petri (nr. 1) anwesend — vgl. die vielen Schenkungen vom 15. Jahre Pippins —, als Turinbert abseits davon diesen Bifang zur Anlage des neuen Klosters schenkte, die in der Verlegung und der Kirchweihe des Jahres 774 (nr. 7, Z. 15) ihren Abschluß fand, s. K 1 Anm 5. Da der 1. XI. 768 schon nach Pippins Tod fällt, gehört die Urk. wahrscheinlich ins Jahr 767, s. Einl. § 43.

1*

3788.

(Reg. 247.)

Donatio Turinberti in Birstat.

in Bir-

Bl. 224, 1.
Hand L.

In Christi nomine sub die mensis nou., * anno^{b)} XVI Pippini regis * ego Turinbertus pro remedio anime mee dono ad s. N. mrem., qui requiescit in corpore in monasterio laur., ubi uenerabilis Gundelandus abb. preesse uidetur, donatumque in perpetuum esse uolo et promptissima uoluntate confirmo in pago renensi portionem meam de manso ad ipsum claustrum faciendum

Pippini r.

Gund. a.